Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quid dicit; tollite inquit hanc mnam & date illi qui habet decem mnas; Si ergo uidemur quidem dno negotiari. sed nobis cedunt negotiationis lucra. & uidemur offerre dno hostias. sed nobis quae offerimus redonantur; Ds enim nullius indiget. sed nos uult diuites esse. & cum desiderat per singula quaeque profectum; haec nobis figurae ostenditur. & etiam in his quae gesta sunt erga iob., Et ille enim propter dm perdidit omnia cum diues esset., Sed quia bene pertulit agones patientiae. & in omnibus quae passus est. magnanimus fuit. & dixit Dns dedit. dns abstulit. ut dno placuit ita factum est. sit nomen dni benedictum. Vide ad ultimum quid de eo scribitur; recepit inquit omnia dupla quae amiserat. uides quia aliquid amittere pro dō. hoc est multiplicata recipere; tibi & amplius aliquid euangelia promittunt centupla tibi pollicentur. insuper & uitae aeternae. in xpo ihu dno nostro.

EXPLICIT OMT VIII.

INCIPIT VIIII. DE REPROMISSIONIB; SECUNDIS AD ABRAHAM FACTIS.

Quanto amplius legentes progredimur. tanto nobis sacramentorum cumulus augetur. Et ut si quis exiguo uectus nauigio ingrediatur mare. donec terrę